



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 10. Rex a Cardinale de erroneis Andeloti opinionibus certior factus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæc. XVI.
A C. 1558.

Ceterum hæc ipsa amicitiae, & consiliorum inter Guisios Principes, & Hispanos initorum principia fuisse creduntur illa, quæ pro ratione temporum sæpius mutata, sed semper renovata sunt.

His ita dispositis Cardinalis, & Granvellanus ambo speciali amicitiae vinculo juncti discesserunt, quorum prior ad aulam, alter vero ad Philippum, qui semper Bruxellis hærebat, contendere parabat: cum autem Christierna vidua Lotharingiæ Ducissa eodem tempore, ut filium suum juniorem Ducem salutaret, Peronnam venisset, illamque Cardinalis comitatus fuisset: hinc duntaxat tunc in vulgus fuit jactatum, quod in nupero colloquio solummodo Christierna de pace ineunda egisset, nihil vero hac in re decisum fuisset.

§. X.

Rex a Cardinale de erroneis Andeloti opinionibus certior factus.

Postquam Cardinalis Lotharingius ad Regem, qui tum Moricelli in Bria prope Meldas agebat, reversus erat, eidem totius colloquii nuper cum Perrenotto habiti seriem exposuit, hæc significans, „metuit Philippus Rex, ne inter „arma sectariorum contagio Franciam, „& Belgium haud curando vulnere depascat; nam id jam deplorant omnes, „ultro-

„ultroque sibi exprobrant, plerosque ex
 „Proceribus in Gallia illo veneno, quod
 „ipsi inter alios spargunt, infectos, ac
 „nominatim a Perrenoto Atrebatensi E-
 „piscopo mihi significatum est, quod An-
 „delotus palam indigna de solemnī
 „Sacrificio blateret: ea de re jam fa-
 „ctum, ut Philippus, quamvis ad pro-
 „sequendos successus arridentis fortu-
 „næ blanditiis, & ætatis calore incite-
 „tur, de Religione tamen sollicitus, pa-
 „cis consilia foveat, dummodo illa tuen-
 „dæ Religioni sint utilia, atque ad illam
 „contra hæreticorum insultus defenden-
 „dam opportuna. „ Hic sermo Regis
 „animum perculit, mentione inde pacis,
 „qua res suas egere sentiebat, injecta: a-
 „liunde vero pertimescebat petulantiam
 „sectariorum jam passim grassantium.
 „Itaque id, quod de Andeloto dictum fue-
 „rat, de quo jam aliquid inaudiverat, mi-
 „nime negligendum putabat, hinc eum
 „utpote Virum de Religione suspectum
 „per Castellionæum Odetum Cardinalem
 „fratrem illius, ac Franciscum Momo-
 „rantium ejus Sobrinum evocari jubet,
 „præcipitque, ut illum Moncellum ac-
 „cerant, ac præprimis moneant, ut ad
 „Regis interrogata modeste respondeat;
 „cum hic ejus causæ favere velit, atque
 „ardenter cupiat, quod a crimine objecto
 „innocens comperiatur.

Hist. Eccles. Tom. XLIII.

B §. XI.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1558.